



4907.

DEO OPT. MAX.  
annuente

1627

28

DISPUTATIO  
De

M

16

PECUNIAE DEBITAE  
OBLATIONE TAM  
NUDA QUAM SOLENNI,

*Nec non*

UTRIUSQUE EFFECTIBUS,

32

*In celeberrima Academia VVittebergensi  
publicè proposita & habita*

PRÆSIDE

GEORGIO Schultzen LEOR. SIL.

U. J. D. & Facultatis Juridicæ Assessore.

RESPONDENTE

GOTFRIDO Hoffmann LIG. SIL.

*In Auditorio Jctorum*

*Die 3. Augusti horis à 6. matutinis.*



WITTEBERGÆ,

E Typographéo SALOMONIS AUERBACH.

ANNO M DC XXVII





Handwritten mark or symbol in the top left corner.

REGIMINE DEBI

TA...

...

...



INI



balis  
vult p  
re, ve  
quan  
bitor  
num

bus, o  
tis est  
rem t  
quand  
donat.  
sentia  
dere l  
cuam  
est, u  
proxi  
lut. ma  
z. ff. de







# IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

## THESIS I.



**N**ter modos tollendarum obligationum, etiam refertur pecuniæ sive rei debitæ oblatio, de qua impræsentiarum, divinâ favente gratia, paucis acturi sumus. Quia verò oblationis diversæ sunt species, de iis ante omnia dispiciamus.

### II.

Species igitur oblationis duæ sunt Verbalis & Realis. Verbalis est quando quis non habens pecuniam vel aliam rem, quam vult præstare præsentem, verbis tantum offert se paratum solvere, vel præstare *Negusant*. Realis verò oblatio tunc fieri dicitur, quando pecunia vel res, quæ offertur, est præsens. Vel cum debitor speciem debitam Creditori repræsentat, aut pecuniam annumerat, & simul ostendit se paratum esse illi tradere debitum.

*Species oblationis, & eandem descriptionem.*

### III.

Illa locum habet in rebus incorporalibus vel immobilibus, quæ cum per manum in manum tradi nequeant, idonea factis est oblatio, si debitor dicat Creditori se paratum esse illi eam rem tradere. *l. penult. circa med. pr. vers. sed ubi quarta ubi Bart. & Dd. C. quando & quib. quarta pars deb. Novel. 91. c. fin. junctâ auth. dos data C. de donat. ante nupt. Bal. in l. acceptam 19. C. de usuris.* Quod etiam in præsentia facere potest vel constituendo se nomine Creditoris possidere *l. quod meo. 18. ff. de acquir. poss.* vel mittendo Creditorem in vacuam possessionem *l. si me 34. in pr. ff. d. t.* Cujus oblationis effectus est, ut debitor, si hæ res absque ejus dolo aut culpâ, quæ dolo proxima est, pereant, liberetur. *d. Novell. 91. c. fin. fac. l. si mora 9. ff. solut. matr. l. mora 32. §. 1. & ult. ff. de usur. l. in condemnatione 173. §. unicuiq. 2. ff. de R. J. cum simil.*

A 2

4. In



## IV.

In mobilibus verò illa non relevat sed hæc, realis scilicet, requiritur per tex. in l. qui decem 72. in pr. & §. idem responsum 3. ff. de solut. l. cum servus 82. ff. de condit. & demonstr. l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. empt. & vend. l. servus si heredi 34. §. 1. ff. de stat. liber. l. usuras 2. l. si Creditrici 6. l. acceptam 19. C. de usuris. l. ult. C. debitor. pignor. vendit. imped. non posse. l. ult. C. de luit. pign.

## V.

Excipiuntur tamen nonnulli casus, quibus, etiam si res mobilis debeatur, verbalis oblatio, quoad aliquos effectus, sufficit, quorum præcipuus est, si incertum est debitori quantam pecuniam debeat, veluti ex Tutelæ administratione obligato l. fin. C. de usur. pupill. quo casu sola verbalis denunciatio minori, ut iudicio agat, facta efficit, ut ipso consulto id differente, Tutor à cursu usurarum liberetur. d. l. fin. C. de usur. pupill. Negusant. in tr. de pignor. p. 5. membr. 3. p. 2. n. 4. vers. tertio limitatur. Zanger. in tr. de except. p. 3. c. 2. n. 162. & seqq. ubi n. 164. subjicit, idem in reliquis actionibus generalibus pro socio negotiorum &c. in quibus vel actor ignorare potest, quid & quantum reus debeat, vel reus ipse, modò eadem qualitas concurrat, ut quod ex his debetur incertum sit, obtinere arg. l. illud 32. ff. ad L. Aquil. l. à Titio 108. ff. de V. O. Plures verbalis oblationis effectus vide post Alexand. & alios apud Negusant. d. p. 2. n. 3. ubi præter alios & illum refert, quod sola oblatio verbalis operetur, ut venditio pignoris, per Creditorem facta, possit rescindi. per l. penult. ff. de rescind. vend. Gloss. Bart. & alii com. in l. penult. ff. de distract. pign. & in l. si residuum 5. C. eod. Alex. in l. si mora 9. in 2. fall. ff. solut. matr.

## VI.

Porrò realis oblatio distinguitur in nudam & solennem. Nuda dicitur, in qua præter solam oblationem nihil amplius intervenit. Solennis est, in qua hæc tria ordine concurrunt 1. oblatio pecuniæ debitæ, 2. oblata, sed à Creditore non acceptæ, obsignatio, 3. & denique obsignatæ in locum publicum depositio. l. Tutor pro pupillo 28. sub fin. ff. de adm. & per tut. l. 1. §. fin. l. debitor ff. de usur. l. si Creditrici 6. l. si per te 9. l. acceptam 19. C. eod. l. obsignatione 9. C. de solut. l. nec Creditores 10. l. ult. C. de pignor. act. l. Creditor. 20. C. de pignor. & hypoth.



hypoth. l. ult. C. de luit. pign. l. ult. C. debitor. pign. vendit. imped. non posse. cum  
simil. De utriusque tam nudæ quàm solennis & forma & effectu  
nunc ordine videbimus.

VII.

Forma seu ritus nudæ oblationis in hisce subsequenter  
requisitis consistit. Quorum primum est ut totum debitum of-  
feratur per text. in l. qui Romæ 122. ibi integram summam l. si ita 125. ibi re-  
liquum precium ff. de V. O. l. obfignatione 9. ibi totius debite pecunie C. de so-  
lut. l. Creditor 20. ibi, quod vos debere confiditis l. fin. ibi, residuum C. de luit.  
pign. fors nempe cum usuris integris. l. si Creditrici 6. ibi pecuniam  
debitam cum usuris l. acceptam 19. ibi sortem cum usuris C. de usuris l. fin. ibi  
universum tam sortis quàm usurarum debitum C. debitor. pign. vendit. imped.  
non posse. Adeò ut si vel modicum de sorte vel usuris desit, inuti-  
lis planè sit oblatio d. l. fin. ibi si vel modicum de sorte vel usuris in debito  
perseveret C. debitor. pign. vend. imped. non posse. & text. præall. junct. l. Tutor  
41. §. 2. ibi totius debiti usurarum præstationem ff. de usuris. Idem obtinet  
in foro Saxonico per text. Landr. lib. I. art. 65. ubi gl. lat. ad text. lat. sup.  
verb. aut cum nummis usualibus vers. item necesse cum seq.

De Forma  
nuda oblatio-  
nis.

REQUI-  
TUM I.

VIII.

Excipiuntur tamen quidam casus, in quibus ut particulari-  
ter solvere ita & offerre permittitur. Primus est si ab initio con-  
venerit, ut particulatim solvi liceret. l. Tutor 41. §. 1. ff. de usuris. Si-  
chard. ad l. obfignatione 9. n. 9. C. de solut. Pac. ad d. l. acceptam 19. n. 5. C. de  
usuris Zang. d. p. 3 c. 2. n. 27. Alter casus est si pars debiti sit liquida, al-  
tera verò contentiosa, quò casu sola pars, quæ liquidò debetur,  
offerri potest, Creditorque eam accipere, & super alterâ parte, li-  
tigare tenetur secundum Dd. per l. quidam existimârunt 21. ff. de reb.  
credit. l. permittendum 8. ff. si pars hered. pet. Pac. ad d. l. acceptam 19. n. 5.  
Zanger. d. c. 2. n. 37. & seqq. & n. 44. Nisi Creditor haberet probatio-  
nes paratas in promptu super toto debito, uti statuit Negusant. d.  
p. 2. n. 19. Tertius casus est in libertate. Si enim servus jussus est li-  
ber, sub conditione, si decem dederit, placuit favore libertatis,  
quod conditionis implendæ causâ præstatur, heredem per par-  
tes accipere cogendum. l. cum heres 4. §. Item 6. ff. de statu liber. Pac. ad  
d. l. 19. n. 5. Negusant. d. p. 2. n. 20. Zang. d. c. 2. n. 28. Quartus casus est in  
possessoribus fundorum patrimonialium, qui pensionem annu-  
am par-





am particulatim solvere possunt, dùm modò numerum ternæ  
illationis non excedant. *l. placuit. 4. C. de collat. fund. patr. Negusant.*  
*post. Alex. Jason. & alios d. p. 2. n. 22. cujus rationem affert Cujac. ad d. l.*  
*placuit 4. Donell. ad d. l. quidam 21. n. 17. quos refert ac sequitur Zang.*  
*d. c. 2. n. 30. Plures limitationes accumulatur ex Alex. & Jason. Negus.*  
*d. p. 2. n. 20. & seqq. usq; ad n. 26. Zang. d. c. 2. n. 31. & seq.*

IX.

REQUISITUM II.

Secundum requisitum est, ut debitum in eadem bonitate,  
quæ fuit tempore contractus, offeratur quippe nec in alia invito  
Creditori solvi possit. *per text. in l. cum quid 3. sub fin. ibi eadem bonita-*  
*te, ff. de rebus creditis. l. Rutilia Polla 69. ibi quatenus tunc fuit. ff. de con-*  
*trah. emt. Quod locum obtinet tam in bonitate extrinsecâ, da der*  
*valor vnd der werth verendert / preal. text. quam intrinsecâ, wann*  
*Schrott vnd Korn in der Münze verendert per text. jur. Canon. in c.*  
*cum olim 20. & c. penult. Ext. de censib. & exact. Dd. communiter quorum*  
*magnum catalogum allegat Berl. p. 2. concl. 35. n. 37. & concl. 36. n. 5. Author*  
*des außführlichen Münzbedencken n. 200. Et hanc sententiam tan-*  
*quam veriore & Juri atque æquitati magis conformem Asses-*  
*sores Camerae Imperialis secuti sunt die 23. Decemb. Anno 1552.*  
*in causa Episcopi Basiliensis contra N de Schaumburg attestante*  
*Mynsingero cent. 4. obs. 1. n. 1. & seqq. Quam etiam in hisce terris com-*  
*probavit Illustris. Elector Saxonie Augustus in Novell. suis p. 2. con-*  
*stit. 28. ubi Dan. Moll. in com. n. 2. Zang. in tr. de except. p. 3. c. 1. n. 170. & seqq.*  
*Idque non saltem in mutuo sed etiam in ceteris contractibus ha-*  
*bet locum cum de alio valore quam qui fuit tempore contra-*  
*ctus, contrahentes cogitare non potuerunt. Socin. cons. 6. n. 2. vol. 1.*  
*Gl. in l. pen. ff. de fund. inst. quam dicit singularem Curtius in tr. de mo-*  
*net. q. 4.*

X.

Et licet inter contrahentes convenerit, ut debitum in pro-  
ba & legali monetâ contractum, in tali moneta quæ tempore so-  
lutionis currat persolvatur *in solcher Münze / welche zur zeit der*  
*bezahlung im gange seyn würde?* Attamen illud de monetâ, quæ  
perpetuum valorem & æstimationem habet, intelligendum est,  
adeò ut in alia nec offerri nec solvi possit, quippe ea, quæ necessi-  
tate urgente (ut superioribus annis 20. 21. 22. & 23. factum) ad tem-  
pus &



pus & momentaneos, ut ita dicamus, contractus celebrandos, inducitur vel toleratur inspicere, aut ejus ratio ullo pacto haberi non debeat, vnd mag für ein Land oder Stadtwehrlung mit nichten gehalten werden. Secundum *Dd. pertex. in l. 1. in pr. ibi cujus publica & perpetua aestimatio ff. de contr. emt. l. ideo 3. ibi una & eadem potestas. ff. de eo quod cert. loc. l. nummis 3. ibi cum certa sit nummorum aestimatio ff. de in lit. jur. cum simil. Covarr. qui ita Dd. communiter sentire ait, in collat. veter. numismat. c. 7. n. 4. ad fin.* Quemadmodum etiam ita à Dicasterio Wittebergenfi nuper die 2. Junii Anno 1626. responsum fuit.

### XI.

Sed utrum pecunia credita in alio genere, quam quo data est, rectè offeratur & solvatur? dubitatur? Et siquidem in instrumento simpliciter cautum est, ut pecunia credita in eodem genere restituatur, tunc illud inviolabiliter custodire, pecuniaque in alio genere nec offerri nec solvi potest, per ea quæ post *Paul. de C. stro. Franc. Curt. Panormit. & alios tradit Matth. Coler. in tr. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 15.* Quo etiam facit *Ordinat. de monetis per Ferdinandum I. Imp. Anno 1559. Augusta publicè promulgata §. die jetztgemelte gemeine Reichsmünzen vers. aber was hievor auff Gold gethattiget vnd verschrieben ist* &c. *Decretum Consiliariorum supremi Parlamenti vel Judicii Electoris Sax. quod Appellationum vocant die 5. Julii Anno 1609. publicatum & ab Illustriss. Electore Christiano I I. confirmatum, in pr. cujus tenorem refert Berl. p. 2. conclus. 36. n. 56. Cubach. lib. 2. Jurispr. germ. publ. c. 25. n. 13.* Quod si verò in instrumento inter Creditorem & Debitorem de pecunia credita in eodem genere restituenda nihil convenierit, tunc in alio rectè offertur & solvitur. *l. 7. sub fin. pr. ff. de contr. emt. l. si poena 19. §. si falso 2. ff. de condict. indeb. l. si plures 24. ff. de pos. l. que extrinsecus 65. ff. de V. O. l. un. C. de arg. pret. quod thesaur. insert. & decret. Dresd. post medium vers. da aber ein Thaler oder Goldgülden Dd. com. quos refert ac sequitur Zanger. d. p. 3. c. 1. n. 162. & seq.*

### XII.

Quod tamen limitatur, nisi ex eo Creditor damnum passurus sit. *per text. express. in l. debitorem (alids & rectius Creditorem) 99. ff. de solut. Unde si summa mutui magna sit, & minuta moneta pro crassa offeratur, Creditor quippe eâ nimium oneretur, eam accipere non tenetur. Bart. in l. mutuum 2. §. 1. n. 7. ff. de reb. cred. Covarr. in quest.*



quest. pract. de veter. collat. numism. c. 7. n. 5. Quo facit prealleg. Ordinatio de monet. Ferdinandi I. Imp. §. die jetzt gemelte/ cujus vigore nemo cogitur in solutionem qualemcunque summæ alicujus notabilis de minuta pecuniâ ultra 25. florenos accipere, tamen si de ea re nihil conventum sit, was vnter den fünff Creukern/ sol niemand verbunden seyn / solcher Münz vber 25. Gulden in Bezahlung vnd für Wehrschafft zu nehmen. Coler. in tr. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 4. & 17. Zang. d. p. 3. c. 1. n. 165. ubi n. seq. ex Curt. Laudensi & Colero subjicit idem obtinere, si reddatur ea moneta, quæ à proficiscente non possit collocari in iis locis, in quæ cogitat eam ferre. Add. Berlich. p. 2. Conclus. 35. n. 32.

REQUISITUM III.

XIII.  
Tertium requisitum est, ut offeratur loco congruo & idoneo. l. qui Romæ 122. in pr. ibi eo loco in quo solvenda promissa est ff. de V. O. l. mora 32. ibi opportuno loco ff. de usur. l. si soluturus 39. ibi non inoportuno loco ff. de solutionibus. l. ob signatione 9. ibi eo loco quo debetur C. eod. Locus autem idoneus est, in quo peti potest. Peti autem potest aut in loco contractus, aut in loco domicilii debitoris l. quod legatur 38. post pr. ff. de judic. ubi Bl. in pr. vers. sed legati generis & n. 1. vers. sed in legato generis & in l. item illa 18. ff. de constit. pec. in pr. vers. tertio nota & n. 1. vers. si verò sunt diversi & vers. aut non ejusdem fori cuius sum ego & seq. modo nominatim de solutione in alio loco facienda expressè non conuenit: extra quem debitor offerens nihil agit. l. qui Romæ 122. ff. de V. O. l. ob signatione 9. C. de solut. & ceter. text. preall. Nisi præter sortem & usuras omne interesse, quod Creditor ratione loci incongrui prætereundum possit, simul offerat secundum Gl. Bart. Alex. & Dd. in d. l. qui Romæ 122. ff. de V. O. per text. in l. fidejussor 15. ff. de dol. mal. except. Idem quod de loco congruo & idoneo diximus obtinet quoque Jure Saxonico per text. Landr. lib. 1. art. 65. vers. alle Schuld ubi gl. ord. n. 6. & gl. lat. ad text. lat. sup. verb. aut cum nummis usualibus.

XIV.

Hinc si moneta in diversis locis diversum habeat valorem, puta alium in loco domicilii debitoris vel contractus, & alium in loco destinatæ solutionis, oblatio & solutio fieri debet, secundum eum valorem, qui currit in loco destinatæ solutionis secundum Bald. in l. quod legatur 38. ff. de judic. sub fin. pr. vers. nisi sit de-

termina  
rebus cr  
totum li  
Scabin  
§. nec  
nuario  
formit  
cis. 102. n.

C  
five die  
tempore  
57. n. 11. A  
in l. Tha  
solvit c  
cui 12. §.  
die qua  
ita nup  
consul  
in Scab  
limitat  
Debit  
Creditor  
offerat

S  
vi poss  
modò  
Pegasus  
constit. p  
38. §. int  
de V. O.  
l. qui Ro  
tem de  
de R. 7. l.  
adjectu

termi



terminatus & n. seq. vers. nisi genus sit praestandum Jafon in l. vinum 22. ff. de rebus cred. n. 12. in pr. & vers. per hoc & seq. Alexand. consil. 21. n. 1. & seq. per totum lib. 2. Oldrad. consil. 168. q. 1. n. 1. & seq. Quemadmodum etiam ita Scabini Lipsenses die 16. Octobr. anno 1621. ad requisitionem G. S. nec non tam Lipsenses quam Wittebergenses Jcti mense Januario anno 1622. ad consultationem W. L. vnd Consorten conformiter responderunt referente Berlichio decis. 102. n. 3. & fin. & decis. 102. n. 6. & seq.

#### XV.

Quartum requisitum est, ut offeratur opportuno tempore REQUISITUM IV. five die sua & non aliena l. si soluturus 39. vers. quid enim si inoportuno tempore ff. de solut. l. Celsus 23. ff. recept. qui arbitr. rec. Molin. post alios cons. 57. n. 11. Vult. 1. J. R. 61. n. 6. Unde post diem non recte offertur per text. in l. Thais 41. §. intra 12. ff. de fideicommiss. libert. quia minus offert & solvit qui tardius offert & solvit l. eum qui 15. ff. de annu. legat. l. ut si cui 12. §. 1. ff. de V. S. & solidum non offertur & solvitur non minus die quam quantitate l. solidum 85. ff. de solut. Quemadmodum etiam ita nuper in Dicasterio Wittebergensi die 8. April. anno 1625. ad consultationem G. W. nec non ad aliorum consultationes tam in Scabinatu quam Facultate pronunciatum fuit. Quod tamen limitat post alios Negusant. d. p. 2. n. 9. vers. intelligit tamen praedicta nisi Debitor praeter sortem principalem etiam omne interesse, quod Creditor ratione temporis incongrui praetendere possit, simul offerat.

#### XVI.

Sed utrum Creditori invito ante diem recte offerri & solvi possit magis dubitatur? Nobis tamen & hic negativa arridet, modo dies Creditoris l. qui Romae 122. ff. de V. O. l. si ita relictum 43. §. Pegasus 2. ff. de legat. 2. l. eum qui 15. ff. de ann. legat. Gl. in l. item illa 18. ff. de constit. pec. verb. ad diem vers. responde forte hic tempus & in l. stipulatio ista 38. §. inter incertam 16. verb. certam q. 3. vers. nisi gratia ibi etiam Jafon. n. 3. ff. de V. O. Vel utriusque tam Creditoris quam Debitoris Jaf. in praell. l. qui Romae 122. in pr. ff. de V. O. n. 4. in fin. vers. vel utriusq. & seq. Non autem debitoris tantum (ut in dubio praesumitur l. cum tempus 17. ff. de R. J. l. quod tertia die 70. ff. de solut. l. eum qui 41. §. 1. ff. de V. O. cum simil.) adjectus sit l. stipulatio ista 38. §. inter 16. ubi Jafon. n. 1. & seq. l. eum qui 41. §. 1. sub

B

§. 1. sub





§.1. sub fin. ubi idem Jason n. 4. l. continuus 137. §. cum ita 2. sub fin. vers. nam  
& quod in diem debetur ff. de V. O. Philip. Dec. in d. l. cum tempus 17. n. 4. &  
seq. Zang. d. c. 1. n. 218. & c. 2. n. 66. & seqq. Berlich. decis. 153. n. 2. & seqq. ubi  
n. 4. ita ex responso Scabinorum Lipsensium die 10. Martii anno  
1623. in Cumano P. judicatum fuisse tradit. Et secundum hanc  
distinctionem etiam intelligendum existimamus textum Juris  
Saxonici Landr. lib. 1. art. 65. vers. alle Schuld. Non obstante quod  
contrarium, & indistinctè Creditori invito ante tempus solvi  
posse, velint Reinh. p. 1. diff. 26. Zobel. p. 2. diff. 30. n. 11.

XVII.

Quod autem eo casu, quo dies Debitoris tantum gratiã ad-  
jectus est, invito Creditori rectè ante diem & offerri & solvi  
posse diximus, limitatur procedere, nisi pecunia, aut quid aliud  
cursu temporis corrumpi vel deteriorari possit, quod diligenter  
notandum secundum Bald. l. plures 17. C. de fid. instrum. n. ult. & in l. in  
annualibus 22. C. de legat. n. 2. vers. Item quia interest. Jason in d. l. stipulatio  
ista 38. §. inter certum 16. ff. de V. O. n. 3. vers. hinc est & seq. Dec. in d. l. cum  
tempus 17. ff. de R. J. n. 6. Petr. Peck. de testam. Conjug. l. 5. c. 28. n. 2. Hinc si  
debitor pecuniam ideo, quòd nimis sit ærofa & mox tolli possit,  
Creditori ante diem absque denunciatione ohne vorgehende los-  
sündigung offerre & obtrudere velit: & Creditor non habeat,  
unde eam vel in comparationem bonorum collocare, vel sub  
usuris exponere possit, meritò atque optimo Jure solutionem  
recusare, nec ante diem eam invitus accipere tenetur, quemad-  
modum ita Jcti Lipsenses ad requisitionem J. C. L. zu Pfaffen-  
dorff mense April. anno 1623, referente Berlich. decis. 153. n. 11; Nec  
non Judicii Curialis Jcti Wittebergensis die 13. Septemb. anno  
1625. ad consultationem E. S. pronunciarunt. Quamvis ne con-  
stituta die ejusmodi reprobata aut mox reprobendam mone-  
tam (quæ non immeritò pro reprobata habetur Calcan. cons. 14.  
col. 4. vers. quantum ad tertium. Anton. Gabr. in commun. conclus. lib. 3. de  
conclus. 2. n. 24. Autor des ausführlichen Münzbed. n. 260.) offerri aut  
solvi posse verius sit per text. in l. eleganter 24. §. 1. ff. de pignor. act. Bl. in  
l. indubitata 16. C. de non num. pec. n. 6. vers. solutio die aut est reprobata.  
Quò facit text. Juris Saxonici Landr. lib. 3. art. 40. sub fin. vers. So sol  
man



man Silber vnd Pfennige bezahlen die da gabe vnd gang sind &c.  
junct. ibi. Gl. lat. ad text. germ. lit. b. Add. quæ supra th. 9. diximus.

XIIX.

Porro circa hoc quartum requisitum & illud probe no-  
randum venit, si inter debitorem & creditorem convenerit, ut  
is, cui mutuum amplius non placeat, alteri semestri vel trime-  
stri id notum faciat, eumque de solutione certiozem reddat,  
Sols ihm ein halb oder viertel Jahr zuvor auffündigen/ quod illa  
denunciatio iusto quoque tempore, præfixove denunciationi  
termino fieri debeat, adeo ut si debitor terminum præcisè non  
obseruet, sed post eum demum denunciationem faciat, nihil  
egisse videatur, eique injusto tempore facta denunciatio, & eam  
postea secuta oblatio patrocinari non possit. per l. Thais 41. §. intra  
12. ff. de fideicommiss. libert. Paul de Castr. cons. 88. n. 1. & seq. per tot. lib. 2.  
Maximè ubi creditoris plurimū interfuit ipsi denunciationem il-  
lam in ipso termino factam fuisse, quoniam scilicet tunc aliis pe-  
cuniam offerre & sub usuris credere potuisset, quod ei per ejus-  
modi seram denunciationem fuit ablatum, ut tradit Bald. consil.  
250. n. 1. vers. etsi non interfit lib. 3. & in l. plures 17. C. de fide instrum. n. 8. &  
seq. prout etiam in hanc sententiam Jcti Lipsenses die 22. Martii  
Anno 1623. ad consultationem S. B. zu N. responderunt, ut re-  
fert Berlich. decis. 154. n. 6.

XIX.

Quintum requisitum est ut offeratur testatò, hoc est, testibus  
præsentibus l. si Creditrici 6. ibi testib. presentib. l. accepta 19. in pr. ubi Dd. REQUISITUM V.  
C. de usur. l. 1. ibi testib. adhibitis C. de suscept. præpos. & arc. l. Debitoris 2.  
C. debit. vend. pign. imped. non posse. Negusant. in tr. de pign. p. 5. memb. 3. p. 2.  
n. 2. vers. & hanc regulam amplia. Zang. in d. tr. de except. p. 3. c. 2. n. 77. Cu-  
jac. consult. 57. Vult. 1. 7. R. 61. n. 6. Quod ideò placuit, ut quandoque  
Debitor à Creditore conventus oblationem probare possit. l. ei  
incumbit 2. ff. de probat. l. 1. l. exceptionem 19. C. eod. cum simil. Zang. & Dd.  
præal. loc. Idem obtinet de Jure Saxon. ut constat ex textu Landr.  
lib. 1. art. 65. sub fin. vers. des sol er aber gezeugen haben ob er bedarff an  
zweiten Mannen die das sehen/ daß er ihn bezahlt/ oder subezahlen er-  
botte junct. ibi gl. n. 3. Et quamvis art. subseq. 6. lib. 2. Landr. tres testes ad  
debiti solutionem ejusve oblationem probandam requirere

B 2

videa-





videatur; attamen præter quod potius præal. art. 65. adjuvare & confirmare videtur, uti ex versione imprimis Latinâ constat, de consuetudine usive forensi id non observatur, sed secundum Juris communis dispositionem in l. ubi numerus 12. ff. de testibus l. jusjurandi 9. §. 1. C. eod. c. in omni 4. c. licuit 23. c. licet 47. Ext. eod. c. novit 13. Ext. de judic. nec non præal. art. 65. pronunciatur Zobel. p. 1. diff. 38. n. 4.

XX.

Sed quid si testes adhibiti mortui vel absentes sint, ut Debitor eorum copiam habere nequeat: utrum super hac oblatione realiter factâ Creditori juramentum deferre possit? Et utique eum hoc facere posse non dubitamus per text. generalem l. jusjurandum 34. §. ait Prætor 6. l. Tutor 35. l. manifestæ 38. ff. de jurejur. l. cum de indebito 25. §. in omnibus 3. ff. de probat. l. ult. C. de fideicommiss. Idem & in foro Saxon. obtinet per text. Landr. lib. 1. art. 6. vers. ob der Mann / & lib. 2. art. 22. vers. zeuget ein Mann sein gezeugniß ubi gl. lat. ad text. germ. lit. f. N. G. D. tit. 18. von Eyden der selben delation relation vnd leistung in pr. & §. da aber: libera tamen eidem juramentum debitori referendi concessâ potestate. l. jusjurandum 34. §. datur 7. l. manifestæ 38. ff. de jurejurando l. generaliter 12. C. de rebus cred. c. fin. vers. quamvis Ext. de jurejur. Gloss. lat. ad text. germ. Landr. lib. 2. d. art. 22. sub. lit. g. in fin. Matth. Coler. decis. 122. n. 9. ubi ita à Scabinis Lipsensibus pronunciatum tradit. Fac: die N. G. D. præal. tit. 18. §. Ferner die relation. Et hæc de forma seu ritu nudæ oblationis.

XXI.

EFFECTUS  
NUDÆ OB-  
LATIONIS.

Quod ad effectum nudæ oblationis attinet, ea quidem obligationem non tollit vel ipso Jure vel per exceptionem l. sed eum postea 24. ff. de recept. qui arb. recep. l. illud 17. ff. de per. & comm. rei vendite uti post alios tradit Negusant. d. tr. de pign. p. 5. memb. 3. p. 3. n. 8. Zanger. d. tr. de except. p. 3. c. 2. n. 88. Neque pignus solvit l. si priusq. 8. C. de distract. pign. l. ult. C. de bit. vend. pign. imped. non posse. l. ult. C. de luitio. pign. (quamvis secundum Pacium ad l. acceptam 19. n. 12. C. de usur. actionem pignoratitiam causet & pignoris distractionem impediatur per l. aliena 20. §. penult. ff. de pignor. act. l. item liberantur 6. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solv. l. ult. C. de luit pignor.) Neque fidejussores liberat per l. in omnibus speciebus 43. ff. de solut. Neque cursum usurarum interpellat ut infra dicetur.





## XXII.

Excipiuntur tamen duo casus, quibus Debitor ob solam oblationem liberatur, quorum primus est *in l. 1. C. de suscept.* Si enim debitor pecuniam tributorum vel pensionum publicarum nomine debitam susceptoribus obtulerit, & illi eam accipere recusaverint, placuit solam oblationem debitorem fisci à publicis illis debitis liberare, nec prædia in commissum, ob non solum tributum, cadere: Susceptores verò damnum fisco resarcire debere in duplum, quod, ut susceptorum malitia coerceretur, introductum est. *d. l. 1. ubi Cujac. C. de suscept. Zanger. post alios d. c. 2. n. 151. Heig. ad pr. n. 28. & seq. Inst. quib. mod. toll. oblig.* Secundus est *in l. fin. C. de condit. insert.* Si enim servus sub conditione, si decem dederit, manumissus est, sufficit si pecuniam obtulerit, quam si heres accipere recusaverit, liberatur, quod favore libertatis placuisse existimatur *Zang. d. c. 2. n. 150.*

## XXIII.

Licet verò sola oblatio obligationem non tollat, neque ceteros ex totali liberatione effectus profluentes pariat: attamen si superiora requisita ad unguem fuerint observata, alios non prorsus contemnendos effectus producit, quorum hi sunt præcipui. Primò enim sola oblatio impedit moram Debitoris, si scilicet Debitor prius non sit constitutus in moram *l. illud. 17. ff. de peric. & com. rei vendit. l. qui Romæ 122 §. pen. ff. de V. O.* Aut si ante litem contestatam in mora fuit constitutus eandem purgat *l. interdum 73. §. ult. l. si servum 91. §. sequitur 3. ff. de V. O. Negusant. post Bart. & alios in d. tr. de pignor. p. 5. memb. 3. p. 3. n. 2. vers. primus autem & vers. tertius effectus Wesenb. conf. 106. n. 61. Schneidevv. §. fin. n. 14. Inst. quib. mod. toll. oblig.* Et per consequens sola oblatio facit ne quis ex iis causis obligetur, quæ ex mora originem ducunt. Unde & sola oblatio cursum usurarum ex mora profluentium interpellat *l. qui Romæ 122. §. penult. ff. de V. O. Gl. & Dd. in l. si per te 9. l. ex prædus 11. C. de usur. Negusant. d. p. 3. n. 2. vers. quartus effectus.* non tamen ex stipulatione debitarum inchoatarumve, ut infra dicetur

EFFECTUS I.

## XXIV.

Secundò sola oblatio non solum impedit & purgat moram Debitoris, ut modò dictum, sed etiam ipsum Creditorem

I R.

B. 3

non





non recipientem in mora constituit secundum verum intellectum *l. si & per emptorem 51. ff. de act. empt. l. illud 17. ubi gl. ff. de peric. & comm. rei vend. Negusant. post Alexandr. & alios d. p. 3. n. 2. vers. secundus effectus. Schneidev. ad d. §. fin. n. 14. Inst. quib. mod. toll. oblig.* Quin omne periculum rei debitæ in debitorem transfert; adeo ut si rem oblatam & à Creditore non acceptam postea (absque tamen dolo culpave debitoris *d. l. illud. 17. ff. de peric. & com. rei vend. l. si mora 9. ff. sol. marrim. fac. l. i. in pr. ff. de dol. l. si servum 91. §. sequitur 3. & seq. ff. de V. O. cum simil.*) perire cõtingat, Debitor liberetur. *l. si stipulatus 9. sub fin. l. si Debitor 30. l. si soluturus 39. l. qui decem 72. in pr. ff. de solut. l. si stipulatus sum 105. ff. de V. O. cum simil. Negusant. post alios d. p. 3. n. 2. Heig. ad d. pr. n. 28. Inst. quib. mod. tollit. oblig.* Quemadmodum etiam ita in Facultate Juridica Wittebergenfi die 19. Decembr. anno 1625. ad consultationem *H. von W.* responsum fuit.

XXV.

Quod verum est, si Creditor omnino pecuniam accipere recusat, secus si tantum procrastinat, quasi aliã die accepturus, idque ex justa causã (puta si ipsi offeratur pecunia ærofa, quæ mox tolli potest) quo casu non statim periculum post oblationem ad Creditorem pertinet per *l. Creditor 102. ff. de solut. Bronch. post alios cent. 2. évart. ass. 79. §. tertio sola oblatio vers. & hoc locum habet.* veluti etiam ita in Scabinatu Wittebergenfi die 25. Julii anno 1625. ad consultationem *M. H.* responsum fuit. Quemadmodum nec tunc si debitor post oblationem interpellatus novam moram creat. *d. l. illud. 17. ff. de peric. & com. rei vend. l. si servum 91. §. sequitur 3. ff. de V. O. Briffon. 2. de solut. c. de obfignatione pag. 240. in fin.*

XXVI.

III.

Tertiõ sola oblatio facit ne usuræ *l. pecunie 9. §. 1. ff. de usur. l. si per te 9. C. eod. Zang. in tr. de except. p. 3. c. 2. n. 152. Vult. 1. 7. R. 61. n. 5.* aut pœnæ stipulatio committatur *l. penult. ff. de naut. foen. l. Celsus 23. §. fin. ubi Gl. verb. non committi ff. de recept. qui arb. Negusant. post Bald. Alexandr. & alios in d. tr. de pignor. p. 5. memb. 3. p. 3. n. 2. vers. quintus effectus. Vvesemb. cons. 106. n. 61. & alibi pass. Bronchorst. cent. 2. évart. ass. 79. in pr. & §. illud præterea.* Quando scilicet utrumque debetur eã conditione, si pecunia soluta non esset, & ea pecunia non quidem soluta, sed tamen ab ipso Debitore, Creditori oblata fuit. Cum enim per

Cre-



Creditorem stet, quo minus debitum solvatur & conditio impleatur, jure debitum pro soluto & conditio pro impletâ habetur *l. jure 24. ff. de condit. & dem. l. in jure 161. ff. de R. J. cum simil. Zang. d. c. 2. n. 153.*

### XXVII.

Licet autem nonnulli Dd. illud duntaxat in pœna conventionali locum habere existiment, non autem in pœna legali V. G. in Emphytevsi, ubi ad evitandam expulsionis pœnam secundum eosdem non sufficit annuum censum offerri, sed eò amplius requiritur, ut obfignetur & deponatur. *per tex. in l. in emphytevticarius 2. sub fin. ubi Coras. & Dd. C. de jure emphytev. quam quoque sententiam in puncto juris veriore esse dicit Jason. in præal. l. in emphytevticarius 2. fol. 175. vol. 3. vers. in ea glos. n. 106.* Contraria tamen opinio, quod scilicet etiam ad evitandam pœnam caducitatis sola oblatio absque obfignatione & depositione sufficiat, communiter obtinuit, usuque forensi tanquam æquior & benignior observatur, ut post alios tradit *Negusant. in d. tr. de pign. p. 5. memb. 3. p. 3. n. 3.*

### XXIIX.

Quartò sola oblatio solvit antichresin *l. ex prædiis. 11. C. de usur.* puta si Creditori à Debitore sint oppignorata prædia eâ lege, ut fructus prædiorum sint Creditori loco usurarum, oblatio etiam nuda à Debitore Creditori postea facta ejusmodi conventionem, quæ antichresis dicitur, solvit, ita ut Creditor post talem debiti oblationem fructus prædiorum sibi pignori obligatorum amplius non lucretur, sed eos in sortem, quo ejus debitum fructibus exoneretur, computare cogatur: *d. l. ex prædiis 11. Vult. post alios 1. f. R. 61. n. 3.* Ratio autem cur nuda oblatio solvat antichresin, & non etiam cursum usurarum, ut mox dicetur, sistat, secundum Dd. est, quia antichresis multo est gravior & onerosior, quam usura permissa duntaxat in jure nostro propter incertitudinem fructuum, cum fieri possit ut nihil crescat: *Bronch. post alios d. assert. 79. §. quarto sola oblatio.* Unde & ejus incertitudinis intuitu valet, quamvis quandoque fructuum emolumentum legitimum usurarum modum, non tamen nimium, excedit. *l. si ea lege 17. l. oleo 27. C. de usur. Rauchb. p. 1. q. 20. n. 4. & n. 38.* Quemadmodum  
ita.

IV.



ita nuperrimè die 16. April. anno 1625. in Facultate nostra ad consultationem nobilis cujusdam viduæ pronunciatum fuit.

XXIX.

Quamvis autem non pauci Dd. quos sequitur Molinaeus in tr. de usur. q. 36. n. 206. & conf. 57. n. 12. opinentur, nudam oblationem absque obfignatione & depositione etiam extra casum sup. th. 5. propositum & alios paucos ei similes, cursum usurarum impedire, & ab earum præstatione debitorem liberare: attamen negantium opinio nobis verior videtur per tex. in l. Tutor. 28. §. un. ff. de adm. & peric. tut. l. 1. §. fin. l. debitor 7. l. tutor 41. §. 1. ff. de usur. l. si Creditrici 6. l. si per te 9. l. acceptam 19. C. eod. l. Creditor 20. C. de pign. & hypothe. l. fin. C. debit. vend. pign. imped. non posse. l. fin. C. de luit. pign. Quam sententiam post Br. Bl. Salicet. Paul. de Castr. Raphaël. Cuman. Immol. Aretin. Alexand. Jason. & alios sequuntur Negusant. in d. tr. de pignor. p. 5. memb. 3. p. 3. n. 2. vers. quartus effectus Donell. lib. 16. comment. c. 11. & alii.

XXX.

V.

Prædictis nudæ oblationis effectibus respectu Creditoris & eum annumeramus, quod per talem oblationem inducatur debiti confessio, ita ut Debitor a Creditore conventus de oblatione excipiens, postea verò debitum semel oblatum in totum, vel pro parte negans tanquam sibi contrarius & variè loquens (cujusmodi variatio mendacium, dolum, & fallaciam arguit secundum Dd. in c. un. vers. omnibus ergo Ext. ut Eccles. benefic. fin. dem. conf. Mascard. conclus. 531. n. 19. & n. 97. ubi infinita accumulatur) audiendus non sit, sicque in illum tanquam confessum & convictum nullæ aliæ sint partes Judicis nisi in condemnando Wesenbec. post alios consil. 110. n. 61. vers. & proinde excipiens de solutione vel simili.

XXXI.

DE SOLENNI  
OBLATIONE  
REQUISITUM  
I. II. III.  
IV. & V. remissive.  
REQUISITUM VI.

Atque hæc de oblatione nuda, sequitur jam solennis cum obfignatione & depositione, ad cujus formam & ritum quod attinet, superiora quinque requisita, quæ circa nudam oblationem sup. th. 7. & seqq. usq. ad th. 21. tradidimus huc repetenda, & iis amplius, quoad obfignationem & depositionem, hæc subsequenter probè annotanda veniunt. VI. Ut Creditore pecuniam seu rem sibi oblatam accipere recusante competens Judex adeatur, ejusque officium pro decernenda citatione ad partem adver-



adversam, ut compareat, ad recipiendum vel videndum fieri de-  
positum, imploretur *l. ult. ff. de L. commisso. l. si Creditrici 6. C. de usur.*  
*Negusant. post Bart. Bald. Alex. & alios d. tr. de pign. p. 5. membr. 3. p. 2. n. 27.*  
*Wesembec. cons. 278. n. 35.* quæ citatio hodiè adeò necessaria est, ut ea  
omissâ totum depositum corruat, quemadmodum etiam nuper  
in Facultate Juridica Wittebergenfi die 4. Junii Anno 1624. nec  
non in Scabinatu ibidem die 8. April. Anno 1625. ad consultatio-  
nem G. B. ita responsum fuit.

XXXII.

Sed utrum hæc citatio solennem terminum, qui hodie de  
consuetudine imprimis Saxonica est sex septimanarum & trium  
dierum à tempore insinuatæ citationis computandarum, conti-  
nere debeat, quæstionis est? Et quamvis alibi maximè si servato  
solenni iudiciorum ordine procedatur, hoc tempus citationi ap-  
ponendum præcisè observandum sit *Appellat. Ordn. Christiani*  
*II. sub tit. Wie wider die aussenbleibenden Partheyen procediret wer-*  
*den sol. 6. würde er aber solche Ehehafte N. G. D. tit. 5. rub. von cita-*  
*tion & tit. 10. rub. wie wider die aussenbleibenden Partheyen procediret*  
*werden sol. 6. Im fall aber vers. jedoch daß man in allewege; adeò ut*  
si unus dies de illis sex septimanis & tribus diebus desit, cita-  
tio nulla, & nova decernenda sit: quemadmodum ita in supre-  
mo Appellationum iudicio, quod Dresdæ singulis semestribus  
habetur, observatur *Consult. Constit. Saxon. tom. 3. p. 3. q. 15. Zang. d. tr. de*  
*except. p. 2. c. 6. n. 12.* Attamen in isthac summaria causa, quæ cele-  
rem expeditionem requirit, solennem terminum citationi ap-  
poni non est necesse: sed Creditor pecuniam justo tempore ac  
loco realiter oblatam accipere recusans, ad comparandum & vi-  
dendum deponi in continenti citari potest: quippe iniquum fo-  
ret Debitorem pecuniam in promptu habentem ad eam penes se  
diutius retinendam, & interim usuras, quarum cursum, ut di-  
ctum, nuda oblatio non sistit, præstandas cogi, sicque Creditoris  
moram Debitori damnosam. *contra l. non debet 74. l. factum 155 l. in*  
*condemnatione 173. §. unicuiq. 2. ff. de R. J. c. mora 25. cod. in 6. ipsi verò*  
Creditori lucrosam esse *contra l. non fraudantur 134. §. 1. ff. de R. J. l. 1. ff.*  
*de dol. mal. l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. except. l. ita demum 31. ff. de recept. qui arb.*  
*l. sancit*





*l. sancimus 22. C. de poenis c. intelleximus 7. Ext. de iudiciis c. sedes 15. sub fin. & c. seq. Ext. de rescript.*

XXXIII.

REQUISITUM VII.

Septimum solennis oblationis requisitum est, ut Creditore citato non comparente, vel comparente quidem oblatum, autem adhuc accipere injustè recusante, pecunia in præsentia Iudicis vel personarum, quæ ab eo ad hunc actum sunt deputata, numeretur, numerata in crumenam aut saccum, cistamve includatur, ipsaque crumena vel sacculus aut cista, cum pecunia notis & signis deponentis debitoris, vel aliorum signatorum adhibitorum obsignetur. *l. i. §. si pecunia 36. ff. de pos. l. ult. ff. de l. commiss. l. videamus 11. §. pen. ff. loc. cond. l. Tutor 28. §. fin. ff. de adm. & per Tut. l. si Creditrici. 6. l. acceptam 19. C. de usur. l. ob sign. 9. C. de solut. l. ult. C. de luit. pign. l. nec Creditores 10. C. de pignor. act. cum simil. Negusant. post Bart. Bald. Salicet. & alios in tr. de pign. p. 5. memb. 3. p. 2. n. 12. vers. quartò requiritur & seqq. Zang. d. tr. de except. p. 3. 6. 2. n. 79. & seqq. Schneidevv. ad §. fin. n. 17. Instit. quib. mod. toll. obl. Vult. 1. §. R. 61. Gl. lat. ad text. Sandr. lib. 1. art. 65. sup. verb. aut cum nummis usualibus vers. requiritur etiam & seq.*

XXXIV.

Hoc autem solennis oblationis requisitum nonnullis Iudicibus maximè displicet, adeò ut sub prætextu receptæ consuetudinis, quam tamen nondum probârunt neque probabunt, illud necessarium non esse, audacter affirmare, & imperitis cum maximo eorundem periculo & incommodo, persuadere non erubescant: sui scilicet commodi causa quo eò facilius nummis apud se depositis, antequam à deponente debitore vel Creditore reperantur, uti, & in suos usus convertere possint. Unde lites deinde fovent, & quantum in ipsis est, cervis & quercubus vivaciores efficere student: cum tamen potius ad eorum officium, pertineat præcavere, ne in infinitum extendantur, aut sinuoso fori circuitu protelentur, sed quantum fieri potest, celeriter expediantur, matureve consopiantur. *per l. properandum 13. in pr. l. apertissimi 13. vers. ne lites. C. de iudiciis. l. fratris 10. C. de transact. l. terminato 10. sub fin. C. de fruct. & lit. expens. c. fin. in pr. Ext. de dolo & contum. c. nonnulli. 28. sub fin. Ext. de rescript. cum simil. Add. quæ infr. in th. 37. dicentur.*

35. Octa-





## XXXV.

Octavum requisitum est, ut pecunia vel res debita sic so- **REQUI-**  
 lenniter obfignata in loco tuto deponatur. *l. Tutor. 28. §. fin. ff. de* **TUM IIX.**  
*adm. & per. tut.* Tutus autem locus censetur, qui est publicus *l. qui*  
*mutuam 56. §. 1. ff. de mand. l. Fidejussor 64. ff. de fidejuss. & mandat.* (pura  
 sacratissimæ ædes *l. si reus 73. sub fin. ff. de procurat. l. ait Prætor. 7. §. sed*  
*etsi 2. ff. de minor. l. 1. §. Si pecunia 36. ant. fin. l. ei apud. 5. §. ult. sub fin. ff. depo-*  
*sit. l. cum heres 4. in pr. ff. de stat. liber. l. acceptam 19. C. de usur. l. 1. §. Sin au-*  
*tem 2. C. de com. serv. manum. l. litib. 20. §. 1. C. de agric. & censit.)* Vel ubi  
 Judex competens super eare aditus rem deponi jusserit. *d. l. acce-*  
*ptam 19. Duar. in l. si mora 9. ff. solut. matr. Negusant. d. r. de pign. p. 5. memb.*  
*3. p. 2. n. 26. vers. septimò requiritur. Meier ad tit. ff. de solut. th. 27. not. 7.* Ho-  
 die apud quemcunque Judicem, vel privatum etiam hominem  
 depositio fieri consuevit. *Zang. d. tr. de except. p. 3. c. 2. n. 85. ubi tamen*  
*subjicit n. seq.* Tutius esse ut Judicis competentis jussu & mandato  
 pecunia deponatur per *l. fin. ff. de l. Commiss. l. si stipulatus 81. §. un. ff. de*  
*solut. l. ait Prætor 7. §. sed etsi 2. vers. permittitur ff. de Minor. l. ei apud. 5. §.*  
*ult. ff. deposit. Bald. in d. l. acceptam 19. n. 20. vers. 14. C. de usur. Add. Gl. lat. ad*  
*tex. lat. Sandr. lib. 1. art. 65. sup. verb. aut cum nummis vers. requiritur etiam.*

## XXXVI.

Nonum requisitum est, ut obfignatio & depositio duret, **REQUI-**  
 & in eadem causa permaneat. Si enim debitor qui obfignavit & **TUM IX.**  
 deposuit pecuniam, antequam eam Creditor assequatur, repe-  
 rat ac recipiat, inque suos usus convertat, nunquam facta fingi-  
 tur obfignatio & depositio, nihilque Debitori prodest *l. acceptam*  
*19. ubi Gl. Bart. & Dd. C. de usur. l. 1. sub fin. C. qui pot. in pign. hab. l. si priusq.*  
*8. vers. & hodiè quoq; in eadem causa permanet C. de distr. pign. Negusant.*  
*post Gl. Bart. Bal. Salic. & alios d. p. 2. n. 27. vers. nono quando cum oblatione*  
*Briß. 2. de solut. c. de obfignatione pag. 240. Meier d. th. 27. not. 8. Facit Gl. lat.*  
*ad text. lat. Sandr. lib. 1. art. 65. sup. verb. aut cum nummis. vers. Item necesse*  
*est, quod deposita pecunia integra conservetur.*

## XXXVII.

Sed quid si ipse Judex pecuniâ depositâ interim utatur, &  
 in suos usus convertat? Et eum, nisi cum consensu Creditoris  
 Debitorisve hoc faciat, furtum committere extra omnem dubi-  
 tationis aleam positum est *pertex. in § furtum autem fit. 6. vers. itaq;*



*Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. l. qui furtum 16. ff. de condict. furtiv. l. qui iu-  
menta 40. l. si pignore 54. §. 1. l. inficiando 67. in pr. l. qui re sibi 76. in pr. ff. de  
furt. cum simil. Quo confert Constit. criminalis Caroli V. Imp. art. 120. Ho-  
tom. Mynsing. Schneideyv. Heig. & Dd. communiter ad preal. §. furtum a. 6.  
vers. Itaq<sup>3</sup>. Quamvis hodiè, si nummos depositos in eadem boni-  
tate, quæ sunt depositi, cum omni commodo & lucro, quod ex-  
inde percepit, restituere paratus sit, criminaliter puniendus non  
sit. Heig. post alios ad d. §. 6. n. 7. In Electoratu Sax. depositarius, si in nu-  
perrima confusione monetaria pecuniam in viliori monetâ apud  
se depositam in suos usus convertit, non liberatur, tametsi ipse,  
vel si interim mortuus sit, ejus heredes, nummos in eadem bo-  
nitate restituere velit, sed, quia dominium pecuniæ suam fecit,  
meliorem & legaliorem monetam, quâ nunc post monetæ re-  
ductionem utimur, persolvere tenetur. Quemadmodum ita  
nuper die 14. Julii anno 1625. in Dicasterio Wittebergenfi ad con-  
sultationem D. S. responsum fuit.*

XXXIIX.

EFFECTUS  
solennis obla-  
tionis quoad  
Debitorem.

Effectus hujus solennis oblationis insignis est tam quoad  
Debitorem quàm quoad Creditorem. Et quidem quoad De-  
bitorem attinet, principalis effectus hic est, ut per talem pecu-  
niæ debitæ oblationem, obsignationem, & depositionem ipso  
Jure instar solutionis debitor obligatione liberetur, sic ut am-  
plius Jure à Creditore conveniri non possit. *l. obsignatione 9. C. de  
solut. l. acceptam 19. C. de usur. l. 1. C. qui pot. in pig. hab. Negusant. post Bart.  
Bald. & alios in d. rr. de pign. p. 5. memb. 3. p. 3. n. 8. Wesenb. cons. 106. n. 60. cons.  
123. n. 33. cons. 235. n. 4. cons. 291. n. 3. Facit Gloss. lat. ad text. lat. Sandr. lib. 1.  
art. 65. sup. verb. aut cum nummis usualib. Et de hac oblatione proprie-  
verum est, quod dicitur, oblatione pecuniæ debitæ obligatio-  
nem tolli.*

XXXIX.

Et hoc principali effectu, & alii sequuntur veluti I. Quòd  
debitor rei debitæ periculum non amplius sustineat, sed ea sta-  
tim post depositionem periculo Creditoris esse incipiat *per l. qui  
decem 72. ff. de solut. l. acceptam 19. C. de usur. Zang. post Ferret. & alios d. c. 2.  
n. 123. II. Neque usuras amplius præstare cogatur l. Tutor 28. §. fin. ff.  
de adm. & peric. tut. l. 1. §. ult. l. tutor 41. §. 1. ff. de usur. l. si Creditrici 6. l. acce-  
ptam.*



ptam 19. C. eod. Zang. d. c. 2. n. 119. Arum. disp. D. 14. th. 17. Liberantur quo-  
que pignora d. l. acceptam 19. l. nec Creditores 10. l. fin. C. de pign. act. l. Cre-  
ditor 20. C. de pign. & hypoth. l. ult. C. deb. vend. pign. imped. non posse. l. ult. C.  
de luit. pign. cum simil. Zang. d. c. 2. n. 119. Itemque Fidejussores per l. in  
omnib. 43. ff. de solut. Zang. d. n. 119.

X L.

Effectus ad Creditorem pertinens duplex est. Primò enim  
Creditori actio in rem adversus pecunias depositas & quoscun-  
que ejus pecuniæ possessores, non quidem directa, quia ante tra-  
ditionem nondum pecuniæ seu rei depositæ factus est Dominus  
per l. in omnib. reb. 55. ff. O. & A. l. traditionib. 20. C. de pact. cum simil. sed  
utilis, quia hac depositione quodammodo per Depositarium  
tradita, ac consequenter Creditor quasi dominium per eundem  
acquisivisse videtur Negusant. post alios d. tr. de pign. p. 5. membr. 3. p. 2.  
n. 29. Zang. d. p. 3. c. 2. n. 141. & seq. Pac. ad d. l. acceptam 19. n. 13. C. de usur.

EFFECTUS  
quoad Credi-  
torem.

X L I.

Deinde datur Creditori & actio depositi adversus Deposi-  
tarium; iterum non directa, quia non ipse sed Debitor (cui re-  
integrâ petenti depositum semper reddi debet l. i. §. est autem 22. l.  
bona fides 31. ff. depos.) sed utilis ex mente & sententia Juris Civilis  
arg. l. penult. in fin. C. ad exhib. quia hoc casu id actum censetur ut  
deposita hac pecunia Creditori poscenti restituatur utili deposi-  
ti actione in ipsum translata l. acceptam 19. sub fin. ubi Dd. C. de usur.  
Negusant. d. p. 2. n. 29. Zang. d. c. 2. n. 144. & seq. Pac. ad d. l. acceptam 19. n. 13.  
Cujus actionis utilitas præter alia in eo versatur, ut eâ intentatâ  
Creditor usuras ex mora officio Judicis consequatur. per text. in l.  
si deposita 4. ubi Dd. C. depos. Zang. d. c. 2. n. 146.

X L I I.

Circa hanc depositi actionem tam directam quam utilem  
probè notandum venit, quod si pecunia vel alia res deposita pe-  
nes depositarium adhuc extet, illa concursu Creditorum circa  
bona depositarii existente, cum dominium in depositarium  
translatum non sit, præ omnibus Creditoribus hypothecariis  
(etiam ipsâ uxore Dn. Reinh. Rosa post alios in addit. ad Dan. Moll. const.  
Elect. 28. p. 2. n. 74. lit. b. ubi ita Facultatem Lipsensem pronunciasse refert)  
vindicare possit l. si ventri. 9. §. in bonis 2. ff. de priv. Cred. l. si hominem 7. §.





quoties 2. ff. deposit. l. pen. C. eod. Koppen. decis. 28. n. 3. Joh. Mich. Beuter. de  
Jur. praelat. p. 1. c. 32. & seq. Benevent. Stracha tr. de decoctor. p. ult. n. 2. Schep.  
in promt. Jur. tit. 33. §. 7. n. 4. & 5. Et hanc assertionem quoque de Jure  
Saxon veram esse testatur Dan. Moller. lib. 1. semestr. c. 26. n. 3. & ad Con-  
stit. Elect. Saxon. p. 1. const. 28. n. 74. Quo facit die N. G. D. Illustriss. Elect.  
Joh. Georgii die 28. Julii anno 1622. promulgata tit. 42. rub. von den Glau-  
bigern welche die prerogativ oder den vorzug haben &c.

XLIII.

Quod si verò res deposita apud depositarium amplius non  
extat, sed consumta sit, tunc deponens Creditorve non quidem  
omnibus attamen iis Creditoribus, qui personale duntaxat pri-  
vilegium habent, præfertur d. l. si ventri 9. §. in bonis 2. ff. de priv. Credit.  
l. si hominem 7. §. ult. ff. de pos. Joh. Koppen d. decis. 28. n. 24. in med. & alii quos  
allegat Berlich. p. 1. conclus. 47. n. 21. Quod iterum & in foro Saxon. lo-  
cum obtinet Novell. Elector. Augusti p. 1. const. 28. in med. §. Ferner sollen  
nach denen bezahlet werden ubi Dan. Moller. in com. n. 74. N. G. D. tit.  
49. rub. Von den Glaubigern welche kein dinglich recht haben &c. in  
pr. Quod tamen privilegium cessat si ex accidente depositum ab-  
ierit in debitum per l. procuratoris autem 5. §. sed si dedi 18. ff. de tribut.  
act. puta si deponens Creditorve usuras pactus aut eas perceperit  
& ita dominium transtulerit. d. l. si ventri 9. §. in bonis 2. ubi Angel. &  
Ripa n. 4. Castr. in d. l. si hominem 7. §. pen. Consult. Const. Saxon. p. 3. q. 7. n. 5.

XLIV.

Porrò isthæc depositi actio & hoc privilegium habet, quod  
ipsi compensatio vel deductio vel doli exceptio opponi non  
possit. per text. in §. in bona fidei 30. vers. excepta sola depositi actione Inst. de  
Act. l. penult. C. de pos. l. ult. §. 1. in fin. C. de compensat. Nov. 88. c. 1. prout et-  
iam ita post Paul. de Castr. Angel. M. Ant. Natta. Cujac. Donell. & alios do-  
cent Schneidevv. Heig. & Dd. com. ac d. §. in bona fidei 30. Inst. de act. Zang.  
d. tr. de except. p. 3. c. 8. n. 17. & seq. Vult. 1. §. R. 58. n. 24. Meier ad tit. ff. de com-  
pensat. th. 5. not. 1. Quod etiam in foro Saxonico procedit Consult.  
Constit. Sax. p. 3. q. 7. n. 3. Restrigitur tamen hæc assertio nisi petan-  
tur expensæ in deposito factæ Gloss. communiter approbata secundum  
Fulgosium in l. fin. ff. de pos. Addit. ad Schneidevv. d. §. in bona fidei 30. n. 5. lit. a.

XLV.

Sed & de eo hoc loco non inconvenienter quæritur, si Ma-  
gistra-





gistratus vel Judex pecuniam apud se depositam, alii quàm verò  
Creditori cum cautione de restituendo vel servando eum in-  
demnem adnumerat, utrum sic securus sit, nec vero Creditori  
restituere teneatur? Et siquidem spontè ad nudam cautionem  
indemnitas alicui quàm vero Creditori, in concursu forsitan  
Creditorum, pecuniam apud se depositam exsolvit, non excusa-  
tur, sed vero Creditori ad denuò exsolvendum tenetur, ut rectè  
tradit *Matth. Coler. in tr. de process. execut. p. 3. c. 11. n. 9.* ubi ita pronun-  
ciatum esse subjicit, veluti ita etiam in Scabinatu Wittebergenfi  
mense Apr. anno 1609. responsum fuit referente *Berlichio decis. 55.*  
*n. 3.* Nisi pecunia ideò apud Judicem fuerit deposita, ut priorib.  
& potiorib. Creditorib. exsolvatur, quo casu si finito processu de  
prioribus Creditoribus constat, iisque Judex etiam nullâ cautio-  
ne indemnitas receptâ, pecuniam annumerat, licet postea alii  
Creditores priores multò potius & fortius Jus habentes veni-  
ant, & pecuniam à Judice petant, Judex securus & excusatus est,  
ut tradit *Seraphin Olivar. decis. Rot. Roman. 1019. n. 1. & seq. per tot.* ubi  
ita die 29. Martii anno 1593. in Rota Romana judicatum fuisse  
testatur.

#### XLVI.

Quod si verò Judex non spontè sed ad mandatum jussum  
& præceptum superioris alicui pecuniam apud se depositam an-  
numerat, utique & tunc excusandus venit per tex. *in l. si quis 7. §.*  
*pen. ff. de jurisd. l. injuriarum 13. §. si quis 2. sub fin. ff. de injur. l. quanq. 4. sub*  
*fin. ff. de aqua quotid. & astiv. l. non videntur 167. §. 1. l. is damnū 169. ff. de R. 7.*  
tametsi non restiterit neq; secundum præceptum expectaverit, ut  
tradit *Paul. de Castr. cons. 13. n. 69. & seq. vol. 3. Bald. cons. 128. n. 1. lib. 2. & alii*  
*quos refert Berlich. d. decis. 55. n. 13. ubi n. seq. ita Scabinos Lipsenf. Mense*  
*Octobr. anno 1618. ad consultationem G. B. S. pronunciaisse subji-*  
*cit.* Dummodò virtute ipsius præcepti statim & incontinenti, &  
quidem in eâ formâ, quam continet mandatum & præceptum  
Judicis, solvit, nec aliqua præsumtio collusionis & simulatio-  
nis inter Magistratum solventem, & eum, cui solvitur, subsit,  
per ea quæ tradit *Paul. de Castr. præal. consil. 13. n. 70. & seqq. vol. 3. Jason.*  
*consil. 26. n. 1. & seqq. per tot. lib. 3.*

47. Planè





XLVII.

Planè contra debitorem posthanc solennem oblationem Creditori actio non datur, ne utilisquidem, quia hac oblatione solenni prorsus sublata est obligatio *ut sup. th. 38. dictum fuit.* Nisi ipse Debitor pecuniam repetiverit & receperit. *l. 1. §. si pecunia 36. ff. depos.* quo casu creditori adversus ipsum Debitorem actio datur si non directa, utilis tamen secundum *Dd. in d. l. acceptam 19. C. de usur.* Nos tamen hoc casu directam ex priori contractu dari exinde putamus, quod Debitore pecuniam recipiente totum depositum corruat, & nunquam facta fuisse fingatur depositio *ut sup. th. 36.* Idque & velle videtur *Pac. ad d. l. acceptam 19. n. fin. C. de usur.*

XLIIIX.

*Casus in quibus absq<sup>3</sup> oblatione reali sola obsignatio & depositio sufficit.*

Et hæc quoque de oblationis solennis effectibus dixisse sufficiat, quos interdum sola obsignatio & depositio absque reali oblatione producit, id quod hisce potissimum casibus contingit. Primò si ei cui obligatus est Debitor, tutò solvi nequeat, utpote pupillo & minori Tutorem Curatoremve non habenti *l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. ff. de usur.* quo casu necesse non est, ut ei offeratur, sed Debitor statim pecuniam obsignatam in ædem Sacram, secundum ea quæ supra diximus, deponere potest, ne vel ille usuris oneretur, vel Creditor minor pecuniam perdat. *l. ait Prætor 7. §. sed etsi 2. vers. sed hodie ff. de Minor. Zanger. d. tr. de except. p. 3. c. 2. n. 157. & seq.* Idem, maximè in foro Saxonico obtinere existimamus in Muliere Curatorem non habente, quæ minori, quoad hoc, æquiparatur, per ea quæ tradit *Zanger. d. tr. de except. p. 3. c. 1. n. 101.* Excepta muliere Illustri suos consiliarios habente, cui rectè absque alio Curatore solvitur. *Ant. Hering. tr. de fidejuss. c. 7. n. 517. & seqq. Rutger. Ruland. in tr. de commiss. p. 1. lib. 1. c. 29. n. 6. Gl. ord. & andr. lib. 2. art. 63. n. 2. post pr.* Quemadmodum etiam in Collegio nostro mense Mart. anno 1625. nuper pronunciatum fuit.

XLIX.

Secundus casus est, si non constet, cui pecunia debeat, veluti si post mortem Creditoris ignoretur, qui nam ejus heredes sint, aut si ejus Creditores de Jure prioritatis disceptent: quo casu, cum heredi aut Creditori incerto per rerum naturam of-

ferri





ferri nequeat l. pecunia 9. §. 1. ff. de usur. sufficit si pecunia obfignetur  
& obfignata deponatur arg. l. ait Prætor 7. §. sed etsi 2. vers. sed hodie  
ff. de minor. l. evictis 18. §. unic. ff. de usur. Zang. d. tr. de except. p. 3. c. 2.  
n. 195. & n. 172.

L.

Quibus Coronidis loco & tertium addimus, quando scilicet  
Judex mandat Debitori, ut pecuniam judicialiter deponat,  
quo casu depositum etiam absque oblatione reali, nec non cita-  
tione ad videndum deponi, subsistit. Zang. d. p. 3. c. 2. n. 171. & seqq.  
dummodo totum debitum deposuerit, & in eadem causa id,  
quod deposuit, permanserit, secundum ea, quæ supra latius di-  
ximus. Atque ita etiam nuper die 7. April. anno 1625. in

Collegio nostro ad consultationem Marien M. M.  
nachgelassener Wittiben respon-  
sum fuit.

GLORIA SOLI DEO.



D

Ad





AD

DN. RESPONDENTEM,  
Amicum singulariter colendum.


**T**EVOCAT Aula Virum, Tibi & haec promittit  
honores

Jungendo Patriæ non sine laude Patri.  
Hinc Te sub Themidos signis docet aurea Peitbo  
Consiliis sanis res animare Ducum.  
Jura Sacerdotes dant, Tu capis inde responsa  
Et variis nodos solvere nosse modis.  
Cur igitur dubitem Tibi nomen & omen ab Aulâ  
Esse sacrum? Eventus nam, scio, testis erit.

Φιλίας ἕνεκα

scrib.

M. ADAMUS Mahner  
Wratisl. Sil.



Quisq; suum

**P**ASTOR, Arator, Eques memorant, si forte loquantur,  
Hic Capras, Rus hic, fortia hic arma canit.  
Et; Quod, Sacra ferunt, cottidie pectore versat,  
Quod memorat, quod agit, talia promit, homo.

Non,



Non, *Hoffmanne*, igitur mirum, si Juris & Æqui  
Has species profers, Juris utrinque Cliens?  
*Quisq;* *Suum*; Tu idcirco *Tuum*; quod *pectore quisq;*  
Protegit, atque tuo quod tegis, ecce refers.  
Rectè: ceder iter, poteris tum *Mysta Themistos*.  
Olim sic Homini sicque placere Deo.  
Osor Te exosus quis spernat; sperne malignum,  
*Spernere, Te Sperti, Maxima Gloria* erit.

*Quod l. m<sup>q</sup>*

*Hon. & Am. E.*

F.

ANDREAS SENNERTUS  
Witteberg.

F I N I S.





ANDREAS SEMPER  
WILHELM





Vb 17

ULB Halle  
002 673 282

3



TA → OL









4907.

DEO OPT. MAX.  
annuente

1627

Handwritten notes: 48, 16, 32

DISPUTATIO  
De

PECUNIAE DEBITAE  
OBLATIONE TAM  
NUDA QUAM SOLENNI,

*Nec non*

UTRIUSQUE EFFECTIBUS,  
*In celeberrima Academia VVittebergensi  
publicè proposita & habita.*

PRÆSIDE

GEORGIO Schultzen LEOR. SIL.  
U. J. D. & Facultatis Juridicæ Assessore.

RESPONDENTE

GOTFRIDO Hoffmann LIG. SIL.

*In Auditorio Jctorum,  
Die 3. Augusti horis à 6. matutinis.*



WITTEBERGÆ,  
E Typographéo SALOMONIS AUERBACH.  
ANNO M DC XXVII

